INSCRIBTURA SACRA
dentes aliquando interni sen
sus accipi solent. hieremia
testante qui ait. fregit anume
ro dentes meos. p dentes & eni
c; bus frangitur ut glutiatur,
unde non inmerito in dentibus
inter nos sensus accipimus, qui
singula quae cogitant quasi man
dunt. & comminuunt, atque
ad uentrem memoriae trans
mittunt. Inter nos sensus ani
mae quasi dentes propheta ad
numerum fractos dicit. quia
iuxta mensuram uniuscuius
que peccati, intellegentiae ceci
tas generatur in sensibus. & secun
dum quod quisque egit exterius
in eo obstupefecit. quod de inter
nis atque inuisibilibus intelle
gere potuit. Omnis homo qui
comederet uuam aceruam ob
stupescunt dentes eius. Quid
namque acerua uua nisi peccatū
est. Uua quippe acerua est
fructus ante tempus. quisquis
enim p̄sentis uitae delectationi
bus satiari desiderat. quasi fruc
tus ante tempus commedere festinat
Qui uuam aceruam comedet dentes
eius obstupescunt. Quia qui p̄sen
tis uitae delectationibus pascitur
interni eius sensus ligantur ut iam
sp̄italia mandere id est intellegere
nequeant. Quia unde in exteriori
bus delectati sunt inde in intimis
obstupescunt. Et dum peccato anima
pascitur panem iustitiae edere
non ualet. Q̄m ligati dentes expec
cati consuetudine iustum quod in
tus sapit edere nequaquam possunt.
Considerare magnopere quid age
re iusti soleant debemus. Qui ple
rumque si qua in se quamlibet leui
ter carnalia esse dep̄hendunt.
haec internis sensibus retractan
tes uehementer in semetipsis in
sequuntur. Afflictione se conterunt
magisque cruciatibus uel minima
in se praua deiudicant atque p poe
nitentiam damnant. Electi cotidie
agunt ut in conspectu aeterni iudi
cis & ipsi inuenire in quantum ē
possibile inrep̄hensibiles debeant
& hi qui eos sic se iudicare conspi
ciunt emendare semetipsos.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0046